



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 12. Cur Deus subinde, in diuinis litteris, loquatur, per modum
dubitantis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

§. XII.

*Cur Deus subinde, in diuinis litteris, loquatur,
per modum dubitantis?*

Reperimus, apud Ieremiam, Deum sic loquentem: *Noli subtrahere verbum, si FORTE* Ierem. 26. 3.
audiant, & conuertatur unusquisq, à via
sua mala: & apud Ezechielem: *Hac dicit Do-* Ezech. 3.
minus Deus, si FORTE audiant, & quiescant, 11.
& similia complura, in quibus formulis, fa-
tetur D. Ambrosius apparentem quidem, S. Am-
re autem ipsa planè nullam dubitationē ef- brof. 1. 2.
fe. Neque enim Deus, humana incertitudi- de pœnit.
ne dubitat; sed dubitanter loquitur, vt hu- c. 4. & 5.
mano more loquatur. Quin neque homi-
nes ipsi semper dubitant, quando dubitan-
ter loquuntur. Sic enim Ioël ait: *Conuertiti-* Ioël. 2. 14.
mini ad Dominum Deum vestrum, qui benignus,
& misericors est: patiens & multa mise-
ricordia, & prestabilis super malitia. Quis scit,
si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se
benedictionem? Et paria habentur, apud Io- Ion. 3. 9.
nam. Quibus locis non dubitatur de Dei
misericordia, licet, in fermone, figura sit du-
bitantis. Enimuerò, *ipsi sapientes seculi,* ait
S. Ambrosius, *omnem gloriam suam statuunt*
in expresseione verborum, quæ Latine FORTE
dicimus, Græcè τάρχα, non ubiq, pro dubitatio-
B 3 *ne po-*

Iliad. 6. *ne posuerunt.* Quod etiam Homeri exemplo docetur.

§. XIII.

Neg, homines semper dubitare, quando per modum dubitantium loquuntur.

Cur autem Deus quoque hac loquendi formula subinde vtatur, præter causas, quas modò attigi, tradit D. Gregorius, quando Deus dubitantis in morem loquitur, mysterium subesse, vult enim innuere, vel voluntatis nostræ libertatem, cui nimirum diuina voluntas, aut præscientia non imponit necessitatem, aut difficultatem rei: vel paucitatem facientium id, quo de agitur. Quòd si homo aliquis dubitanter loquatur, obseruandum est, an res sit eiusmodi, vt turpe sit, illum de ea dubitare. Nam

Act. 8. 22. *quando Petrus ad Simonem dixit: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hac cogitatio cordis tui,* non dubitauit de remissione culpæ; cum ea ipsa sententia ostenderit, spem veniæ & pœnitentiæ locum nemini esse negandam. Iubet enim pœnitentiam agere eum, quem,

S. Ambros. loc. cit. & S. *vt S. Ambrosius ait, per magicam vanitatem, blasphemantem, in Spiritum Sanctum, & puram fidei conscientiam non habentem, Apostolica iam*